05
A
1830

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638549-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638549-p0002-8

B. C. D.

De

Sincerâ Principis Sapientiâ

POSITIONES

SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

DN. CHRISTIANI Röhrenſeens/

Moral. Prof. Publ. longè celeberrimi, ac Facultatis ſuæ h. t. Decani ſpectabilis

Patroni ac Promotoris ſui ætatem filiali obſervantiâ proſeqvendi

ad d. IX. Februarii, Anno M DC LXXXI.

publicæ placidæqve diſqviſitioni

exponit

M. CHRISTIANUS GOTTLIEB VOGELIUS,

Oderâ Miſn. Sereniſſ. Elect. Saxon.

Alumnus.

In Auditorio majori horis antemeridianis

WITTENBERGÆ,

Imprimebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.

2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638549-p0003-3

Poſ. I.

CUm falſum ſit doloſa veritatis immutatio, in alterius præjudicium facta, è graviſſimis peccatum eſſe, nemo non intelligit.

Poſ. II.

Adverſatur enim non ſolùm juris naturæ dictato: *Nemo eſt lædendus*; ſed & ſocietati humanæ, cujus vincula aut laxat malè; aut convellit. Unde pietas in Deum & honor religionis, nec non charitas, juſtitia & fides erga proximum & Rempublicam ſimul laceſſitur.

Poſ. III.

Hinc qvid de Machiavelli Principe tenendum, qvem ea evitare dictitat promiſſa *cap. 18.* qvæ ſuis commodis contraria fore videt, facilè eluceſcit. Negamus, eis qvi vulpinum ingenium melius expreſſere, feliciùs omnia cecidiſſe.

Poſ. IV.

Id tamen ut ad omnem rerum & fortunæ converſionem verſatile ingenium habeat, inutile adeò non

eſt:

eſt: Sed pietatem, fidem, integritatem, humanitatem, atq; religionem ſimulatè colere tantùm, Principe indignum eſt.

Poſ. V.

Neqve tritum illud: *Leoninâ pelle ubi nil profeceris vulpinâ utere*, effectum dare poteſt, aut debet in re militari, ut Princeps extra religionis & honeſtatis tramites ferire hoſtem, & cum conſcientiæ reatu circumducere inſtituit.

Poſ. VI.

De cætero verò qvin hoſti Reipublicæ manifeſto nocumentũ clamvè, palamvè fabricare, & Subditos majoris commodi gratia, aliqvando veritatem celare liceat, dubium non eſt.

Poſ. VII.

Neqve enim Princeps ſibi notam in Conſcientia metuere habet, ubi dolus abeſt malus & contrà ſalus publica procuditur. Qvemadmodum nec in eô aliqvid mali ineſt, cum Medicus ægrotum, Imperator exercitum, & Gubernator Nautas decipit ipſorum Bono.

Poſ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638549-p0005-5

Poſ. VIII.

Principi qvoqve haud proficuum ſemper animi cogitata miniſtris ſuis patefieri. Interdùm enim poſt limen vulpecula latet, in perniciem ejus ſvaſura vel diſſvaſura, aliisve, ut conſilium deinceps lubricum evadat, accepta relatura.

Poſ. IX.

Maximè verò ad explorandam eorum fidem prodeſt ratione moderata ſimulatio. Nam eò pactô & vires bonos internoſcere, & Sycophantas, uti & bilingves ſegregare poterit.

05 A 1830

ULB Halle 3
003 787 699

Sb

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638549-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638549-p0008-2

rincipis

tiâ

NES

DIO

LISSIMI ET EXCEL-

MI

l Röhrenſeens/

eberrimi, ac Faculta-

ſpectabilis

ſui ætatem filiali

eqvendi

o M DC LXXXI.

diſqviſitioni

S GOTTLIEB

IUS,

Elect. Saxon.

s antemeridianis

Æ,

CKELIUS, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-638549-p0009-0